UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

240. Ne Presbyteri, ut Ecclesias obtineant, munera dent. De his Sacerdotibus vel Clericis qui per pecunias aliorum Sacerdotum Ecclesias aut beneficia surripiunt vel subvertunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

pecunia eſt. Munus à lingua, favor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit quando in divinis rebus non ſolùm ullam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam non requirit. [*Vide S. Gregor. lib. 9. Moral. c. 17. & lib. 12. c. 25.*]

Ne Presbyteri, ut Eccleſias obtineant, munera dent. *Ex Capitularium libro* 1.

CCXL. Ut nullus Presbyter ad introitum Eccleſiæ xenia donet. [*Vide Capitulare Theodulfi cap. 16. Capitula Ahytonis Epiſcopi Baſileenſis ad Preſbyteros ſuos cap. 12. & Capitulare ejuſdem cap. 33.*] Lib. 1. Capitular. c. 146.

De his ſacerdotibus vel Clericis qui per pecunias aliorum ſacerdotum Eccleſias aut beneficia ſubripiunt vel ſubvertunt.

Sancitum eſt atque omnibus modis prohibitum, ut ſi quis Presbyter præventus fuerit alicui Clerico aut laico munera dare aut dediſſe aut alicui pecuniam tribuere ut alterius Presbyteri Eccleſiam ſubripiat, pro hac cupiditate ſeu rapina turpis lucri gratia deiciatur à clero & alienus exiſtat à regula. Nam ſi pro miſericordia Epiſcopo placuerit longo tempore eum, pœnitendo quæ geſſit, in carceris ærumna recludere, & uſque ad ſatisfactionem ibi detineri, & poſtea, ſi ſe correxerit, & talia deinceps minimè ſe facere promiſerit, humaniùs erga eum agere, poterit, ſi voluerit, & ipſe dignus inventus fuerit. Lib. 7. Capitular. c. 146. Burchard. lib. 3. c. 114.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN